



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

26. An Episcopus vigore Concilij Tridentini sess. 24. c. 6. de Reformat.
possit dispensare cum reo, qui accusatus in suo Tribunati transegit cum
Fisco, vel cum parte? Et deducitur, quod post ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

RESOL. XXIV.

Ad delictum fuerit deductum ad forum contentiosum, & probatum post iudicium finium, & delictum puniunt possit Episcopus adhuc vti facultate Concilij?

Et si reus non fuit absolutus definitiue defectu probationum, sed eductus e carcere cum onere se presentandi toties quoties, an tunc Episcopus non possit vti facultate huius Decreti. Ex part. 7. tit. 2. Res. 19.

§. 1. Negatiuam sententiam tenet Suarez de Conf. disp. 4. sect. 2. num. 5. Bonacina de Conf. disp. 7. quest. 5. puncto 1. num. 6. & alij, quos addo Sanctarellum tract. de Haresi cap. 5. dub. 6. n. 19. in fine. & Caltrum Palaum, tomo 1. tract. 4. disp. 4. puncto 3. §. 1. num. 17. Probatur hæc opinio, quia cuius est, illud delictum notoriu esse, & publicum; siquidem est in iudicio probatum: ca autem, quæ sic probata sunt, notoria sunt, vt multis relatis Mascard. probat concl. 1101. num. 13. & concl. 1296. num. 15. Tiraquel. de retract. lignag. §. 4. glo. 2. num. 44. Menoch. de arbit. cas. 116. §. 6. num. 6. Item illud delictum est cum effectu ad forum contentiosum deductum; siquidem ibi est probatum, & puniunt. Ergo non comprehenditur sub hoc privilegio. Probo consequentiam, quia priuilegium est de delicto occulto, neque ad forum contentiosum deducto, cuius contra est tale delictum. Item absolutio, quæ in supra cap. conceditur: est solum pro foro conscientie: at delictum sic manifestum, & publicum non solum indiget absoluteione pro foro conscientie; sed etiam pro exteriori. Ergo sub hac concessione tale delictum non fuit comprehensum.

2. Sed licet supradicta opinio sit satis probabilis, contrariam etiam probabilem esse existimo cum Doctoribus in d. resol. 97. a me citatis; quibus addo Caspensem in curs. Theol. tomo. 2. tract. 25. disp. 5. sed. 17. num. 116. Bossium de Iubileo sect. 1. cas. 104. §. num. 46. Sanctarell. tract. de Haresi cap. 5. dub. 6. num. 29. & me citato Marchinum de Sacram. Ord. tract. 1. parte 9. diff. 4. num. 11. Et ratio est, quia intentio Concilij fuit conseruare auctoritatem Iudicij, ad quem spectat de delicto illo cognoscere, & non concedere delicta publica, ad hoc vt publicum scâdalum caueatur; verum in hoc euentu verumque damnum euitatur: Nam auctoritati Iudicij nil detrahitur, cum iam functus sit suo officio delictum illud puniendo: cessat etiam publicum scâdalum punitione illa humiliter tolerata à delinquente, cum per illum purget delictum, & satisfaciat Reipublicæ ex eo delicto offensæ, ergo nil obstat, quin possit Episcopus dispensare; & ita fuisse sæpe obseruatum in simili casu, testatur Avila se vidisse, nempe impendi absoluteionem per Bullam ab eorum communicatione deducta ad forum contentiosum finito iam iudicio.

3. Vnde Ioannes Machadus pers. Confess. tomo 2. lib. 4. parte 6. tract. 12. docum. 4. num. 4. sic ait: Si despues que el delito se reduxo al fuero exterior, y alli se castigo, pueda el Obispo absoluerle, o dispensar en la irregularidad que del resultado es tambien dudoso, y conuenero entre los DD. Algunos si entien que si porque ya entonces cessa la razon de la prohibicion; conuiente à saber, que no se impidiese la satisfacion publica con la absolucion del Obispo. Otros dicen que no; fundados en que ya esta el delito deducido al fuero exterior; y esto basta, para que el Obisf

po no pueda absoluerle. Ita ille. Igitur, vt dixi, vtramque sententiam probabilem & tutam esse puto, & ita putat etiam Trullench. in Decalogum tomo 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 9.

4. Notandum est tamen hic, quod si reus non fuit absolutus definitiue defectu probationum, sed eductus e carcere cum onere se presentandi toties quoties, tunc Episcopus non potest vti facultate huius Decreti. Ita declarauit Sacra Congregatio, quam adducit Marchinus loco citato num. 10. Garzias de benef. parte 7. cap. 11. num. 47. & nouissimè Barbosa de Potestate Episcoporum part. 2. Alleg. 39. n. 35.

RESOL. XXV.

An Episcopus possit dispensare in irregularitate, si delictum fuit deductum ad forum contentiosum, & iam finito iudicio puniunt?

Et queritur, quando verò dicitur delictum deductum ad forum contentiosum, vt Episcopus non possit dispensare. Ex part. 4. tit. 2. Res. 97.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Barbosa de Potestate Episc. part. 2. allegat. 39. num. 35. vbi citat Gutierrez, Rodriguez, Suarez, & Bonaciam; quibus ego addo Sayrum de Conf. lib. 4. c. 17. num. 23. Garzias de benef. tom. 2. part. 7. c. 11. num. 50. Bartholomæum de Vecchis in praxi Notiorum disp. 9. dub. 16. in fine. Ratio est, quia non potest negari quod delictum non fuerit deductum ad forum contentiosum, nec deinde occultum, imò publicum. Nam quæ probantur in iudicio, appellatur publica. Sed Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 6. facultatem dispensandi super irregularitate concedit Episcopis in casibus occultis, & non deductis ad forum contentiosum, nec vllam adhibet distinctionem, ergo, &c.

2. Sed ego puto contrariam sententiam esse probabilem, & tutam in praxi, quam tuerent Gaspar Hurtado de irregul. disp. 2. difficult. 20. num. 68. Sebastianus à Bononia in tract. de electione part. 2. c. 4. dub. 71. num. 13. Auila de Conf. part. 7. disp. 10. dub. 7. Sanchez in summa tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 21. Henriquez lib. 4. cap. 7. num. 5. Reginaldus tom. 2. lib. 30. tract. 2. num. 29. vers. 6. & alij. Ratio est, quia in dicta dispensatione super irregularitate de qua loquimur, non turbatur tribunal iudicis quod vitate intendit Concilium Tridentinum dicta exceptione; nam intentum Concilij fuit conseruare auctoritatem iudicibus; sed in nostro casu nihil auctoritati detrahitur iudicis, quia iam functus est iudicio suo, ergo, &c. Deinde Concilium ideo requirit delictum esse occultum, vt vitetur publicum scâdalum; sed hoc cessat per punitionem factam per iudicem, humiliter toleratam à delinquente; ergo, &c. ex quibus patet responsio ad argumentum pro prima sententia adductum.

3. Quando verò delictum dicitur deductum ad forum contentiosum, vt Episcopus non possit dispensare super irregularitate, Riccius in praxi tom. 1. resol. 449. putat vbi primum citatio facta fuerit; sed tu tene dici delictum deductum ad forum contentiosum post litis contestationem.

RESOL. XXVI.

An Episcopus vigore Concilij Tridentini sess. 24. c. 6. de Reformat. possit dispensare cum reo, qui accusatus in suo tribunali transiit cum fisco, vel cum parte?

Et

Sup. hoc in Res. 26. cursum in fine §. Sed contrarium.

Sup hoc in Res. præcisa, & in aliis eius primæ an. not.

Sup. hoc supra magis late in Res. 24.

Sup. hoc in Res. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Res. præcisa, & in aliis eius primæ an. not.

Sup. hoc in Res. 12. §. Sed in meliori vti Obiter m.

312 Tract. III. De Potestate Episcoporum,

Et deducitur, quod post sententiam condemnatoriam, finito iudicio, & reo punito absque dubio Episcopus potest dispensare, nisi reus sit infamis.

Et quid, si reus fuerit absolutus etiam falsis probationibus?

Et aduertitur, quod etiam si iudicium non fuerit per sententiam definitiuam, aut interlocutoriam finitum, & determinatum, sed intermissum & derelictum, eo quod accusator per annum tacerit, potest Episcopus dispensare.

Idem est, si saltem per aliquod tempus confiterit actorem in probatione non progredi. Ex part. 10. tit. 12. & Mil. 2. Ref. 33.

§. 1. Causa est practicabilis, & de illo ego sapissime interrogatus fui: affirmatiue respondet Genuensis in Praxi, cap. 67. num. 6. ubi sic ait: Sed quid si aliquis non fuit absolutus, neque condemnatus, sed transegit seu se composuit cum Curia? Et dicendum est delictum non dici amplius deductum ad Forum contentiosum, quia transactio imponit finem liti, & habet vim rei iudicata. leg. Fratris. leg. Non minorem. C. de transact. & sufficit quod inquisitus non reperitur condemnatus; nec dubium est quod codemnetur, dummodo transactio non fiat in casu non transigibili; quia tunc induceret confessionem, & probationem delicti, leg. 1. & 2. ubi Gl. ff. de his, qui sibi mortem conscuerunt. leg. fin. ff. de prauaric. Iason in leg. transigere, Cod. de transact. & probationes, & confessiones factae in iudicio, inducunt notorium. Haec Genuensis: & post illum hanc etiam sententiam tenet Antoninus Raguccius in Vas. Eccles. Discipl. tit. de Episcopis, quae. 10. n. 11. sic asserens: Non dicitur deductum ad forum contentiosum in hoc sensu, si Reus fuerit absolutus etiam falsis probationibus, Nauarrus cap. 27. num. 235. neque si non fuit absolutus, nec condemnatus, sed se composuit cum Parte, & Fisco, si delictum est transigibile, adhuc tamen Episcopus dispensat. Ita ille.

2. Sed contrarium tenet Squillante de Priuil. Cler. cap. 4. n. 166. in fine, stante declaratione Sacrae Congregationis adducta à Garcias de Benefic. tom. 2. part. 7. cap. 11. num. 47. ubi testatur, statuisse non posse uti beneficio dicti Concilij Tridentini illos, qui ratione alicuius delicti non fuerunt absoluti, neque condemnati, sed dimissi cum promissione de se praesentando, cum delictum sit iam deductum ad forum contentiosum. Quod etiam docet Marchinus de Sacrament. Ordin. par. 9. cap. 1. difficult. 4. num. 10. ubi sic ait: A fortiori deducitur post sententiam iudicalem absolutoriam à crimine, de quo quis accusatus fuit, posse ab Episcopo dispensari, & promoueri ad Ordines. Quod est extra omnem controuersiam. Verum, si Reus non fuit absolutus definitiue defectu probationum; sed dimissus cum onere se praesentandi toties, quoties, tunc non potest uti beneficio huius Canonis ex Decreto Sacrae Congregationis.

3. At Aliquis in fauorem Genuensis posset dicere, non deesse Doctores asserentes Reum punitum, nisi sit infamis, post sententiam elapso strepitu iudiciali ab Episcopo posse dispensari, & ad ordines euehi. Ducor; quia licet huiusmodi delictum sit publicum, & deductum ad forum contentiosum, tamen non generauit infamiam, vt supponimus. Cur ergo accedi debet ab Ordinibus Sacris? Nam intentio Concilij fuit, limitare Episcopis hanc facultatem dispensandi in casibus ad forum contentiosum deductis, ne iudicium saecularium, vel Ecclesiasticorum auctoritas diminueretur, vel perturbaretur: sed finitio receptu iudiciali, & delicto punito, cessat omnis occa-

sio perturbationis, ergo liberum erit Episcopo dispensare, & ordinare, si ita expedire iudicauerit. Et pro hac sententia plures adduxi in part. 4. tract. 2. resol. 97. quibus nunc addo me citato Marchinum ubi supra, num. 11. & me etiam citato Martinum de San Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 20. de Penitent. num. 9. vide etiam Sanctarellum de Har. c. 5. dub. 6. n. 68.

4. Itaque si post sententiam condemnatoriam finito iudicio, & Reo punito potest Episcopus dispensare secundum sententiam supradictorum Auctorum; idem dicendum videtur in casu nostrorum per transactionem cum Parte vel Fisco iudicium est finitum, & strepitus iudicialis cessauit: ergo cessat omnis occasio perturbationis: ergo liberum erit Episcopo, si vult, cum dicto Reo dispensare, si delictum non generauit infamiam. Verum Tu cogita: nam Ego obseruo, quod illud caput 67. in quo Genuensis docuit hanc sententiam in editione Romana 1609. postea in alia editione Ramana anno 1638. non fuit impressum; forsitan quia docebat hanc doctrinam, & alia, quae etiam mihi non placent.

5. Notandum est tamen hic obiter quod ex Campanili, & Bonacina, & Bossius de Iubileo, sect. 1. cas. 10. §. 3. num. 43. aduertit, quod etiam iudicium non fuerit per sententiam definitiuam, aut interlocutoriam finitum, & terminatum, sed intermissum, & derelictum, eo quod accusator per annum tacerit, potest Episcopus dispensare. Et hoc idem ait Barbosa in Cong. Trid. sess. 24. cap. 6. num. 37. saltem si post aliquod tempus confiterit Actorem in probatione non progredi.

RESOL. XXVII.

An Episcopi possint absolvere à casibus oculis vigore Decreti Concilij reuerentis Papa post dictum Concilium per nouas Constitutiones. Ex p. 7. tit. 1. Ref. 20.

§. 1. Negatiue respondet Floronus de Cas. referu. part. 1. cap. 4. §. 22. num. 5. Garzias de Benef. part. 11. cap. 10. n. 122. & 123. & alij. Et ratio est, quia noua Constitutio absolute referuando censetur derogare Concilio, cuius (inquit idem Garzias) non est necessaria expressa derogatio, maxime in lege contraria. Tum quia ita declarauit Gregorius XIII. quae declaratio sic habet; Quarentibus an hoc decretum locum habeat in casibus post Concilium Tridentinum ex noua lege Sedi Apostolicae referuatis. S. D. N. Gregorius XIII. audit relatione Congregationis non habere locum respondit.

2. Ego contrarium teneo quando in noua Constitutione non adest clausula sufficienter derogans huic Decreto Concilij. Ita tenet Bonacina de Conf. disp. quae. 3. punct. 2. num. 1. Mazuchellus tract. de cas. referu. disp. 2. cap. 2. difficult. 1. num. 24. Peregrinus tract. de Duello, quae. 33. num. 5. Bossius de Iubileo sect. 1. cas. 10. §. 5. num. 249. Gauantus in Man. Epif. ver. Absolutio, numer. 4. Suarez de Penit. disput. 30. sect. 2. num. 12. 13. & 14. Probatur haec opinio, quia licet Concilium verbo praeterit temporis vratur, extenditur tamen etiam ad futura propter naturam legis, cuius est proprium comprehendere futura, vt habetur cap. fin. de conf. & ibid. Doctores, & confirmatur ex l. Ariani C. de haereticis, ubi habetur legem semper esse in viridi obseruantia, & semper loqui: Concilium autem Generale vim legis habet, tum quia Concilium concepit Episcopi dictam facultatem generaliter, non distinguendo inter referuationes praeteritas, & futuras; ergo genera

Sup. hoc supra in Ref. 22. §. Sed ego ad lin. 6.

Sup. hoc in duabus praecedentibus Ref. & in aliis postis in annot. 1. Ref. 14. & pro ultimo contento in hoc §. in §. ult. dictae Ref. 24.

Sup. hoc supra in Ref. 23. §. Sed ego prope finem.

Sup. hoc supra in Ref. 60. §. 1. et te melius cursum in vers. Tom denique, in nota. §. Ref. 23. penult. & ult. & ibi supra legi. Ref. 23. Rec. dicitur. vlt. lin. Sed vide per totum.